distinati fuerunt apostoli · & successores eorum praedicatores sci
qui mitteten di fuerunt ad eruditionem & magisterium peccatri
cium animarũ · ut per praedicationem eorum converterentur
a malo · & ad praemia aeternae beatitudinis · per bonorum actu
um studia festinarent · quorum nos esse consortes oportet
in spe · fide · & caritate · diligentes dm̃ ex toto corde · tota ani
ma tota uirtute · & proximos nros sicut nosmet ipsos ·
Ut simus sci · & inmaculati coram dõ · per opera pietatis &
misericordiae · Mundantes nos ab omni malo · confessione & pe
nitentia omnium delictorum · scos nos dignis dõ & scis moribus
praeparemur · In caritate praedestinavit nos · in adoptionem
filiorum per ihm xpm · Non enim antea filii di esse possu
mus · nisi xpi filii di fidem & intellegentiam recipiamus ·
Ille quidem natura filius di est · nos uero adoptione per gra
tiam & misericordiam di · si dõ placatis nos ad hoc moribus
efficiamur · In laudem gloriae gratiae suae · In qua gratificavit
nos in dilecto filio suo · id est ut operari bona quaeq; possumus
omni studio & deuotione iugiter satagemus · & omne quic
quid boni facimus · ad di laudem & gloriam faciamus ·
Ut nomen di semper per nostra bona opera glorificetur ·
quia ad hoc nobis diuina gratia largitur · In quo habemus re
demptionem per sanguinem eius · remissionem omnium pecca
torum · Xpc enim non solum nos proprio suo sanguine de aeter
na morte redemit · sed etiam peccatorum remissionem dedit ·
& sine nro labore iustos nos fecit · & cotidie facit per baptismum ·
uel per confessionem · nec non & per elimosinarum largita
tem · si nos pigri non sumus & segnes · ipsam custodire iusti
ficationem · quapropter dilectissimi · studeamus piis & ius
tis operibus dignos nos exhibere · ut nobis illa caelestis &

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc427/0024